

## INCANTATIONES

Forsan olim

Aenigmata vitae tuae  
in potestate aliarum rerum

Visio cordis tui  
impleta araneorum  
serena iter prosequitur

Forsan olim fabulas legisti magicas  
ac ebrius pulchritudine  
postea vidisti res omnes esse tragicas

Attamen oculi ad stellas ignotas  
viam prosequentes alios non videntes  
abeuntem lacrimis  
votisque salutantes

Solitudo viatoris

Solus auscultat viator  
pulsus remorum ignotarum navium  
et cor eius plenum tristitiae nebula densa  
attamen in nocte stellata  
clamat  
desperans clamat  
Palinuri somno opprimentis animum

In corde puellae

Aves cum sole ac odore  
tenerae rosae caninae  
sequentes cor puellae  
ad rivum deducentes illam  
ubi in herbis veris ineuntis  
florebant olim primae violae  
Ac nunc desunt caerulei flores  
ac rivus murmure murmurat  
asportans in flatu aquae omnia  
In corde puellae multis rebus flaccescentibus  
et in amore flagrantibus  
viva sola basiorum vivit recordatio  
(1961)